



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

An quando tacentur individuales gradus? paragrapho 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. V.

Quando tacentur Qualitates extrinsecas.

1. **A**ntonius, & Antonia, sive divites, sive inopes, sive nobiles, sive ignobiles, sive vidui, sive non vidui, simileque qualitates Matrimonii extrinsecas habentes, necessitatibus habent eas explicandi, quando aliquam dispensationem à Pontifice expol-

cunt?

2. Respondeo, quamvis interdum consulum sit, eas explicare ad facilitandam dispensationem, tamen non ex obligatione, quia illarum notitia, vel ignorantia non nocent dispensationi.

3. Excipit viduitatem ex parte fœminæ
a Pont. 1. Pontius; à notat enim, fœminam viduam,
8. c. 17. præsentim habentem filios, debere manife-
n. 42. stare, se esse tales, si petat dispensationem
nubendi v. g. cum consanguineo, vel affini, quia Pontifex dispensando maximè intendit favere fœminæ, ne innupta remaneat, quam miserationem non habet respectu viduæ, de cuius secundis nuptiis jura nihil labo-
rant.

4. Adverte tamen, quamvis ex te non obligeris, explicare tuos titulos, tuas divitias, inopiam, nobilitatem, ignobilitem, &c. tamen, si de his interrogaris, sive tu, sive tuus Procurator, debebis omnino veritatem appearire, ut nempe Datarius arbitretur quantitatem Compositionis. Qui sint nobiles, & similia, satis indicavi supra c. 7. nu. 26.

§. VI.

Quando tacentur ipsi individualis gradus, vel similia pertinentia ad consanguinitatem, vel Affinitatem.

1. **I**ndicavimus non multo ante, debere explicari, non solum impedimenta diversa specie, v. g. an sit impedimentum ex consanguinitate, an ex Affinitate, an ex criminis, an ex Voto, &c. sed etiam, an sint diversa veluti numero, an scilicet sit consanguinitas in secundo gradu, an in tertio, &c. Adde nunc, debere etiam explicari, an sit unica conjunctio, an multiplex ex diversis Ruptibus, id est, tum ex parte patris, tum

matris, vel avi, vel aviae, &c. An sit publica honestas ex Mattrimonio rato, an ex sponsalibus. An conjunctio sit per lineam rectam, an per transversalem, &c, an sit spiritualis, & quænam, Paternitas scilicet, an Compater-
nitas, quas b supra explicimus. Quod autem b s. 2.
hæc conjunctio sit ex Baptismo, vel ex Con- l. c. 1.
firmatione: non est obligatio explicandi, quia 2. n. 1.
ex utroque Sacramento paritur eadem con- junctio.

2. In sola Affinitate ex copula fornicaria fortè non esse necesse explicare, an sit per lineam rectam v. g. per copulam habita-
cum matre ejus, quam ducere vis, an cum Sorore, indicare videtur Sanchez, c sed quia, ob majorem peccati enormitatem, difficilior tunc est dispensatio, explicari debere, colligi potest ex dictis §. 2. numero tertio.

3. Præterea, si velis ducere Bertam v.g. cujus Sororem, v. g. Mariam cognovisti, una est Affinitas, etiam si Mariam centies cognoveris: At, si cognovisti duas v.g. Bertæ Sorores, v.g. Mariam, & Agatham, quamvis semel tantummodo singulas, sanè contraxisti duas Affinitates speciatim d explicandas, licet d M. finit in eodem gradu.

4. Atque ex priore parte hujus dicti fit, ut, si tu supplicasti Pontificem pro hoc impe- dimento exhorto ex copula fornicaria habita cum unica Sorore Berræ, quam intendis du- cere, Pontifex autem, ut consuevit, com- firmat Delegato, ut expediat dispensatio- nem, tu vero ante Dispensationis expeditio- nem iterum, iterumque cognoscas eandem Sororem, sit, inquam, ut adhuc possit De- legatus dispensationem validè expedire, quia per iteratas copulas nova non insurge Affi- nitas. At, si Delegatus jam dispensavit, po- stea verò tu eandem Mariam, ante Matrimo- nium sitc initum, cognoscas, sit, ut contra- has omnino novam Affinitatem à Pontifice necessario de novo d dispensandam, nam prior ablata jam fuit per dispensatio- nem, quare nunc de novo alia consurgat necesse est.

§. VII.